



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

75. Vtrum, si quis omittat omnes horas unius diei, committat unum peccatum, an plura? Et an in confeſſione debeat exprimere, quot horæ fuerunt omiſſæ? Ex p. 2. tr. 12. res. 5.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)



respondeo, quod non; nam in Sancto Severino ut obleruat Perlicus de horis Canon. cap. 9. dub. 1. num. 10. adfuit culpa, quia non recitando horas debito tempore agebat negotia secularia, & ex aulo Regia, non ex Ecclesie necessitatibus procedentia. Ad alia, quae contra me Caramuel adducit, respondent Authores superius citati, quos videre poteris.

RESOL. LXXIV.

An sit unum tantum peccatum internum, etiam si voluntas omittendi Horas Canonicas sepius per diem facta morali interruptione reuertatur?  
Et an Beneficiarius Sacris initiatus Horas omittens peccet duplici peccato contra iustitiam, & Religionem, adeoque in confessione utrumque exprimendum? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 219.

§. 1. AD hunc casum sic respondet Oliuerius Bonartius de Hor. Canon. lib. 2. cap. 20. num. 6. Censent communiter Doctores latum discrimen esse inter omissionem Horarum externam, & omittendi illas voluntatem. Illa enim, quamuis vnus diei Horas omittas, vnicum solum peccatum est: haec multiplex pro numero volitionum renouatarum, quibus voluisti, vel omnes, vel aliquas per diem vicibus moraliter interruptis omittere, quae etiam peccata sunt, quamuis postea mutata voluntate Horas recites. Dixi hunc esse communem sensum Doctorum; quia sunt aliqui, qui probabiliter tenent non videri multiplicari peccata pro numero volitionum internarum, eo quod illae censentur continuari suo modo in externa omissione, quae vnicum peccatum est: vt enim desideria, & proposita, quae quis saepius reaccendit, & fatiolo impetu fertur ad hostem suum interficiendum, non sunt nisi vnum peccatum, quia continuantur in externa inchoatione homicidij; ita etiam censei poterunt omnes illae intentiones Horas illas omittendi vnum numero peccatum; quia continuantur in illa externa omissione, quae solum complentur sub fine diei naturalis. Ita Bonartius, qui cap. 21. num. 1. docet, beneficiarium Sacris initiatum Horas omittentem, peccare duplici peccato, contra iustitiam, & Religionem: adeoque in confessione utrumque exprimendum; sed tu tene contrariam sententiam, quam alibi cum multis Doctoribus docui; quibus nunc addo Castrum Palaum tom. 2. disput. 2. puncti 1. §. 2. num. 29. quia eadem est res praecipua omnibus illis titulis, & sub eadem ratione praecipitur; namque recitatio in laudem Dei, &c.

RESOL. LXXV.

Verum, si quis omittat omnes Horas vnus diei, committat vnun peccatum, an plura?  
Et an in confessione debeat exprimere, quot Hora fuerint omissa? Exp. 2. tr. 12. Ref. 5.

§. 1. DOcet esse plura peccata Leonardus Lessius lib. 2. cap. 37. dub. 9. n. 53. Nam singulae Horae sunt distinctae orationes, & distincta Officia diuersis temporibus Deo soluenda; ad quorum singula obligamur sub reatu peccati mortalis. Ergo singulorum omisso erit distinctum peccatum mortale. Secundò, in illo actu omittendi omnes Horas, salte virtute; septem distinctae omissiones sunt volitae: sed singulae omissiones sunt distincta peccata externa ergo

Sup. hoc in tom. 1. tr. 7. lege laram doctrinam Ref. 15.

Alibi in tr. 7. Ref. 65. & hic supra in Ref. 25. ad medium, versum, quia valde.

Sanchez lib. 7. Consil. mor. cap. 35. num. 5. & dub. 37. num. 2. Bonacina de horis Canonicis disp. 1. quae. 1. num. 5. puncti 3. num. 7. & 9. nam sic habet consuetudo communiter recepta, etiam inter Clericos pios, & timoratos, & illa bene potest interpretari, & quatenus opus si etiam moderari rigorem iuris quoad praescriptum tempus cuiusque horae: ac proinde etiam potest excusare ab omni culpa. Atque ita licitum est horas omnes minores simul dicere ante prandium post tres, vel quatuor horas ab ortu solis, & Vesperas, & Completorium simul dicere post prandium, & post meridiem, & Matutinum, & Laudes simul dicere Vesperae praecedentis diei, vt mox dicemus, & haec consuetudo iam sic habet, & est rationabilis, habita ratione earum occupationum, quae communiter vnicuique solent contingere, & idem vnicuique liberè potest illam sequi, etiam si fortasse occupationes non habeat, cum hoc sit per accidens, & ad honestandam consuetudinem satis sit, si communiter habeantur à pluribus.

Et si contingat rationabilis causa notabiliter praecipiendi, aut postponendi tempus horarum vltra communem consuetudinem, adhuc potest id fieri sine culpa, vt notant iidem Authores, & patet ex cap. Presbyter disp. 91. vbi Presbytero, qui debet exire ad opus rurale, datur consilium vt manè recitet vsque ad Nonam inclusiuè, & cap. 1. de celebr. Miss. adduntur etiam Vesperae, quod signum est in recitatione priuata facile posse ex aliqua causa variari tempus aliqui praescriptum, & consuetum.

6. Sed si quaeras, quanam censenda sit iusta causa, quae culpa reddat innumem illum, qui non recitat Diuinum Officium debitè horis anticipando vel postponendo illud: Respondeo ex doctoribus colligi quaecumque honestam occupationem esse causam legitimam, & rationabilem, talis est lectio, concio, iudicium, temporalium rerum licitarum, & necessitatum occupatio, & similia. Vnde Hostiensis in Summa tit. de Consecrat. Eccles. vel altaris dist. 2. §. & qualiter num. 15. ait, quod Clerici peregrini possunt simul dicere omnes horas, scilicet primam, & reliquas vsque ad Vesperam inclusiuè, & Postea facere iter suum, & quod idem de curialibus intelligi potest, & Sylv. verbo hora quae. 9. dist. 1. idem dicit de curialibus; Innocentius, Hostiensis, Ioannes Andreas, & alij in cap. 1. de celebrat. Missarum, dicunt quod Dominus Papa, Cardinales, Episcopi, & multi alij inferiores mane recitant simul omnes horas vsque ad Sextam, quandoque etiam vsque ad Nonam inclusiuè, vt deinde negotia expendant, ita docet Nauarrus cap. 3. de oratione num. 56. fin. & Marcellus francolinus tract. de tempore horarum Canon. cap. 26. num. 4. & sequentibus; Idem nunc passim ferunt multi pij, & Religiosi Viri. Nauarrus tamen cap. 3. de oratione num. 47. & 48. reprehendit illos, qui nec studiis, nec lectionibus, negotioque vlli incumbentes, illico vbi illuxerit, aut paulo post horas omnes ad Vesperas vsque recitant; sicut etiam illos, qui equitandò iter faciunt, cum possint statutis temporibus horas recitare; statim in Aurora omnes simul recitant, & postea totum diem colloquiis, fabulis, & verbis otiosis insunt, denique legitimam causam esse, affirmant aliqui, si scholasticus differat Horas in vespertinum tempus, quia matutinum est apertius studio quam vespertinum, hoc autem est apertum ad recitandum, ita Maior in 4. dist. 14. quae. 1. Nauarrus cap. 3. de oratione num. 55. P. Thom. Sanchez tom. 1. Consil. moral. lib. 7. cap. 2. dub. 16. n. 3. Reginald. lib. 18. cap. 12. sect. vi. num. 179. propos. 4. vers. monet.

7. Ad id verò quod asserit Caramuel, exemptum à me adductum Sancti Seuerini me iugulare,

ANNAE  
BIBLIOTHECA  
V. III. IV. V  
EL III



Sup. hoc in  
tom. 7.  
Ref. 4. a  
principio  
& curium in  
alio verb  
cuius prima  
no.

ergo, &c. Unde infert Lessius, in Confessione de-  
bere exprimi, quot Horæ fuerint omiffæ. Hanc sen-  
tentiam fequuti sunt etiam Tabiena *verb. Hora* q. 18.  
Tofchus de *usuf. lib. 1. cap. 20. n. 19.* & videtur tene-  
re Toletus *lib. 1. cap. 12. n. 1.*

2. At hæc opinio, quamvis fit probabilis pro-  
fus non est fuffinenda. Dico igitur cum Nauarro *c. 7.*  
*n. 6. de oratione.* Flaminiio Paris *de refig. benef. lib. 1.*  
*q. 9. num. 8.* Graffio *p. 1. lib. 2. cap. 51. num. 14.* Vegha  
*in sum. p. 1. cap. 128. cas. 3.* Rodriguez *in sum. tom. 1.*  
*cap. 140. n. 16.* Perro de Ledefina *in sum. p. 2. tract. 9.*  
*c. 4. concl. 14. diffi. 1. fol. mibi 513.* Sà *verb. Hora, n.*  
*14.* Valentia *tom. 3. diff. 9. q. 2. punct. 10.* Azotio *p. 1.*  
*lib. 10. c. 7. q. 4.* Suarez *de relig. tom. 2. lib. 4. c. 25. n. 18.*  
Reginaldo *tom. 2. lib. 18. cap. 11. sect. 3. n. 145.* & P.  
Molfefio *in sum. tom. 1. tr. 5. n. 9.* cum Valquez *Opufe.*  
*de benef. cap. 4. §. 1. dub. 5. n. 71.* Ortiz. *in sum. c. 3. n. 21.*  
Portel. *in dubius reg. verb. Hora Canonice, n. 5.* præ-  
ceptum de recitandis Horis canonicis vnum esse,  
habens pro obiecto totum quoddam ex iisdem sep-  
tem Horis Canonicis integratum. Ergo illud non  
adimplere, erit vnum tantum Peccatum mortale.

3. Ad argumentum Lessij respondetur, omnes  
Horas esse partes vnius Officii, tanquam vnius actio-  
nis mortalis integræ; & ideo illius totius vna est  
omiffio integra, atque ita vnum peccatum. Quod  
verò addit Suarez *vbi supra, n. 19.* quod omittere  
multas Horas fit circumstantia necessariò in Confes-  
sione aperienda, est reprobaturum in nostra sententia,  
quæ docet, solum circumstantias mutantes speciem, &  
aggravantes, esse confitendas. Salua semper, &c.

## RESOL. LXXIV.

An omiffio vnius integræ Hora parua fit pars notabi-  
lis ad confitendum peccatum mortale? Ex p. 6.  
tr. 6. & Misc. 1. Ref. 6.

Sup. hoc in  
duabus Ref.  
feqq. & si  
placet lege  
doctrinam  
aliam ca-  
rum anno-  
tationum,  
& signaver  
in tom. 8.  
tr. 1. Ref. 30.  
§. Quarto  
quinto.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Castrus  
Palas *tom. 2. tract. 7. disp. 2. punct. 5. n. 1.*  
vbi sic ait. Existimo sanè quamlibet horam parua,  
aut illi æquivalens esse partem notabilem, & non  
aliud. Quia communior sententia est, vnum esse præ-  
ceptum de septem horis Canonicis recitandis: sed  
posita vnitrate præcepti, leuis materia iudicanda est,  
quæ quantitatem horæ paræ non attingit, cum non  
attingat partem duodecimam materiæ præceptæ.  
Ergo, &c. Et ita omittentem vnam ex horis Cano-  
nicis peccare mortaliter docent communiter Doctores  
Ioannes Molanus *in compen. Theol. præct. tract. 3.*  
*cap. 10. conclus. 2. num. 11.* Ioannes Viggers *de iust.*  
*& iure tract. 8. cap. 2. dub. 17. num. 79.* Lessius *lib. 2.*  
*cap. 37. dub. 9. n. 52.* Ioan. Baptista de Fabris *in Ma-*  
*nual. ordmand. cap. 9. num. 65.* Vega *in sum. tom. 1.*  
*cap. 128. cas. 15.* Fernandez *in Exam. Theol. moral.*  
*part. 3. cap. 13. §. 7. n. 3.* Ledefina *in sum. tom. 2.*  
*tract. 9. cap. 10. conclus. 14.* Bellochius *in præct. de*  
*castib. reser. part. 2. q. 15. n. 46.* Bonacina *de horis Ca-*  
*nonicis, disp. 1. q. 5. punct. 1. n. 2.* Tabiena *verb. Hora,*  
*n. 18.* Naldus *in sum. verb. officium Diuinum, n. 10.*  
Reginaldus *tom. 2. lib. 18. c. 11. n. 144.* Syluester *verb.*  
*Hora, q. 11. sub finem.* Molfefius *in summa tom. 2. tr. 5.*  
*c. 5. n. 8.* Oliuerius Bonartius *de horis Canonicis, lib.*  
*2. c. 10. conclus. 2. n. 5. & c. 19. conclus. 4. n. 12.* Maci-  
gnus *de Horis Canon. c. 26.* Squillante *de obligat. Cle-*  
*ric. part. 1. dub. 23. num. 68.* Merolla *tom. 1. disp. 2.*  
*c. 2. num. 132.* Faustus *de Hor. Canon. lib. 2. q. 8.* San-  
chez *in opuscul. tom. 2. lib. 7. c. 2. dub. 11. n. 2.* Palatius  
*in 4. sentent. dist. 15. disp. 9.* Nauarrus *in manuali, c. 25.*  
*n. 96. & 97.* D. Antonius *in summa part. 3. tit. 13. c. 4.*  
*§. 5.* Medina *in summa lib. 1. c. 14. §. 11.* & alij.

2. Verùm his non obstantibus nouissimè Phil-  
bertus Marchinus de Sacramento Ordinis *tr. 1. p. 6.*  
*diffi. 3. n. 5.* tenet omiffionem vnius horæ paræ in-  
tegræ non esse materiam notabilem ad constituen-  
dum peccatum lethale. Sic enim asserit. Saluo meliori  
iudicio arbitror omiffionem vnius integræ horæ  
paræ non esse lethalem: ratio est, quia singulis die-  
bus vnicum tantummodò vrget præceptum, led omiffio  
vnius horæ est parua materia comparata ad inte-  
grum officium Diuinum; ergo, &c. Ita ille. Et Sotus  
*de Iusticia, lib. 10. q. 5. art. 7. ver. subteguar,* videtur dubi-  
tans remanere; dicit enim, quòd fortè est mortale  
aliquam horam non recitare.

3. Sed hæc sententia Marchini, mihi non placet,  
Primò, quia vt visum est, contra illam stat com-  
munis sententia Doctorum. Secundo quia, vt rectè  
obferuat Suarez *de Religione tom. 2. lib. 4. c. 25. n. 17.*  
& Reginaldus *tom. 2. lib. 18. c. 11. sect. 3. n. 144.* omiffio  
cuiuscunque horæ sufficit ad mortale, quia talis  
omiffio est notabilis deformitas & mutatio officij  
Diuini contingens in tali parte, quæ sufficeret ad  
mortale; si sola sub eo reatu præciperetur, quæ sine  
dubio singulæ eadem horæ, quæ simul quidem  
& tanquam partes eiusdem totius præcipiuntur, sed  
perinde ac si seorsim vnaquæque præciperetur.

## RESOL. LXXVII.

An in recitatione Officij omiffio vnius Hora inducat  
tantum peccatum veniale ratione paruitatis mate-  
riæ? Ex p. 7. tr. 10. & Misc. 1. Ref. 15.

§. 1. Affirmatiuam sententiam tanquam proba-  
bilem videtur admittere Jacobus Mar-  
chantius in suis resolutionibus *Pastoralibus part. 1.*  
*tract. 7. cap. 2. quest. 1.* vbi sic ait: Plerique docent  
esse mortale, vel vnam horam negligere; puta Ter-  
tiam, vel Sextam, vel Completorium. Non assentior  
tamen Nauarro docenti omiffionem tertie partis  
verbi gratia vnius Psalmi cum hymno, in Sexta, vel  
Tertia, aut Nona, esse peccatum mortale; nec enim  
ad eam materia grauis videtur, vt sub peccato mortali  
prohibeatur. Quinimò videri etiam posse alicui proba-  
bile vnius horæ breuioris, puta Tertia, aut Sextæ  
omiffionem ex negligentia, non esse mortalem,  
quia cum opinio communior asserat esse vnicum  
præceptum, quo præcipitur totum Diuinum Offi-  
cium recitari, dici potest respectu huius totius, vnius  
horæ omiffionem non esse notabilem partem. Sic si  
præcipitur alicui ex penitentia, vel aliter, vnam horam,  
& mediam impendere orationi, vel simul, vel  
diuisim; si medium quadrantem horæ omittat, non  
censetur peccare mortaliter. Item si cui præciperetur  
aliquo die recitare quadraginta Psalmos, & tres aut  
quatuor breues illo die contingat eum negligere, non  
censetur notabilis ad eam materia, vt peccati mortalis  
reatum incurreret. Hæc asserri possunt pro hæc sen-  
tentia: nam in officio Diuino ferè quadraginta Psal-  
mi intercurreunt, cum lectionibus, capitulis, anti-  
phonis, orationibus, dum autem omittitur, Tertia,  
vel Sexta, tres Psalmi omittuntur cum paucis adio-  
ctis, ita vt in omnibus recitandis, non impendatur  
nisi horæ semiquadrans. Debet autem esse valde gra-  
ue quod mortale esse censetur, nam leue punire mor-  
te æterna alienum est à Diuina Bonitate, cum in fo-  
ro ciuili tale punire morte temporali censetur ty-  
rannicum, vt rectè aduertit Reginaldus *præct.*  
*sua part. prima, questione sexta.* Sic Laici in ordi-  
ne Sancti Francisci pro Sexta, aut Tertia dicere te-  
nentur septem *Pater noster*; Cur pro omiffione ne-  
gligenti septem *Pater* condemnatemus eos peccati  
mort.